Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux
Lituaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae &c. Dominus et haeres

Magnifice syncere nobis dilecte. Designavimus Ven.lem Ioannem Wissoczki de Budzislaw, Abbatem Landen., Cantorem & Canonicum Gnesnen., et Secretarium nrum ad Sanctam Sedem Aplicam Oratorem nrum. Mandamus itaq. F. tuae, ut mox visis lris hisce nris, peccuniae pro viatico tantum illi numeret, ac omnem aliam expedicionem, prout aliis eiusmo Oratoribus dari consuevit, eidem primo quoq. tempore tradat, ut sine longiori mora iter hoc agredi atq. legationi sibi iniunctam obire possit. Nos vero id a S. tua in rone suscepturi sumus. In cuius rei fidem manu nostra ptibus subscripsimus. Datum Vilnae XV die Mensis Iulii. Anno domini M D L VII Regni vero nostri XXVIII°

Sigismundus Augustus
Rex Sst.

Mag.co Stanislao de Tharnow. Castellano Zawichosten. Regni nostri Thesaurario. ac Syradiensi
Ostrzessowiensisque Capitaneo. Syncere nobis dilecto.

In absentia Thesauri nostri Notarijs

Ven.li dno Joanni Viszoczki Abbati Landen.
Romam nuntio misso dat. in [illegible]

fl. 300

Anno 1557

470

46